luptatib: abstinere obstricti uitiis pristinis. & oblectatione passionum carnaliū captiuati. sem & ipsos cohibere non possunt. Dum inolita consuetudine uitiorum. uelut inmiti quadā tyrannidis dominatione depressi. ad libertatem pudicitię respirare non possunt. Quomodo enim beato apostolo. quem ad summū pfectionis totius culmen. certū ē peruenisse. illud poterit conuenire quod dicit; Non enim qd uolo facio bonum. sed qd odi malum. hoc ago. Illud & iā quod subiungit. Si aū qd nolo hoc ago. iam non ego operor illud. sed quod habitat in me peccatū. Necnō & iā hoc. Condelector enī legi dī secundum interiorem hominem. uideo autē aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. & captiuum me ducentem in lege peccati. quę ē in membris meis. In quo igitur hę psonę possunt apostolicę conceptam. Quid enim ē boni. qd ille non potuerit implere. Et e contrario. quid illud ē mali. qd nolens & odiens tamen cogente natura inuitus admiserit. Ad quā uero peccati legem electionis uas in quo xps dns loquebatur potuit captiuus abduci. qui cum omnem inoboedientiā & omnem extollentē se aduersus dm̄ altitudinē captiuas &